



Tom III
Mijakaneop Philoby.

[Faint, illegible handwritten scribble]



EXERCITATIONUM PHILOLOGICARUM
In

PSALMUM
PRIMUM,

SEXTA,

Ad Ejusdem Comma sextum & ult.
habebitur publicè

In Electorali Academia Wittebergensi,
PRÆSIDE

ANDREA SENNERTO,

Profess: Publ:

Respondente

M. JOHANNE HRABSKIO,

Radvvan. Pannonio.

ad d. 29 Maji horis antemerid.

in Auditorio Majori.

clō 13c LIV.

WITTEBERGÆ,

Typis Johannis Röhneri, Acad. Typogr.

PARS PRIMA
P S A L M I U M

PRIMUM.

W

ANDREA SENNERTO.

M. JOHANNI HRABSKIO

Raduan. Pannonia
29
in Auditorio Majori
cl. inc. LII.

Typis Johannis Röhneri Acad. Typogr.
claro honorifice impressum. In volum. D. D.



84
PARS TERTIA
PSALMI.

Restat ergò *ἀπόδοσις*, ac breviuscula illa quidem,
sive Confirmatio, *αιτιολογία* aliis, superiorum om-
nium commate ultimo hocce. Petita à Dei naturâ,
ut misericordis quidem, sed justissimi etiam insuper,
remuneratoris adeò utrorumq; & piorum impio-
rumq;, de quibus hactenus: vel, quod idem est, desum-
pta à Judicio DEI justissimo. Per *ἀνακεφαλαίωσιν* enim
quandam omnium superiorum collectio talis insti-
tuiti, aut summa rei formari hæc potest, videtur omni-
nò. *Ευδαιμονία* positiva: Bonis bene est & erit, *comm.*
1.2. & 3. negativa: malis malè, *vers. 4. & 5.* ratio: quia
DEUS utro: umq; viam distinctè quidem agnoscit,
commate hoc ultimo. Quorum enim viam clementer
agnoscit vel approbat, curæ habet, iidem illi sunt be-
ati: quorum via peritura est, impii & infelicissimi. En-
bimembris Oratio vicissim. Ecquâ verò Spiritus S.
vel ejusd. amanuensis stylum diversimodè inflectit?
Mirum. Uniformis sibi cur non est Oratio? Vel ita: *quo-*
niam novit Deus viam justorum, impiorum verò minimè,
scil. novit, vel non ita: aut sic: via justorum vel piorum
minimè peribit, impiorum verò via peribit. Cur dicit po-
tius: *quoniam novit Deus viam justorum, via verò impio-*
rum peribit? Altius scil. aliquàm hæc pensiculanda
sunt. Notandum ergò statim, de quò infra etiam ali-
quid Observ. XIV. juxta alios (quosdam) deesse hic in
membro utroq; aliquid, vel partem aliquam, quæ ex
altero horum ideo supplenda venit. Ita volunt D. D.

N

T ar;



Tarnovius, b. m. heie p. 33. seq. D. D. Glafsius Phil. S. Lib. IV, tract. 2 obs. 13. p. 726. seq. Confirmatio enim superiorum, uti supra modò dictum, hoc commate ultimo proponitur: ratio igitur statûs (sive causa ejusd.) palmaria, palmariadico, Piorû membro commatis hujus primo quidem exprimitur, involvitur verò (juxta illos) eventus simul sive effectus, qui supprimitur sive reticetur, atq; ex altero, posteriore, membro supplendus aut judicandus venit: hoc fere modo: novit DEUS (caussa princeps) i. e. approbat, fovet, procurat viam, totam vitæ rationem, piorum; ideo hæc eadem non peribunt, sed ipsi illi potius beati sunt, eruntq; atq; manebunt usq;: vicissim membro posteriore effectus quidem sive eventus exprimitur, implicatur verò seu reticetur (juxta illos vicissim) causa s. ratio statûs impiorum, quæ ex membro priori repetenda; hoc modo: via impiorum peribit, hanc enim eorundem minimè novit Deus: *Sie wollen sich selbst versorgen:* (caussa palmaria vicissim) Ac ita certè volunt quidam: videturq; ita: nisi planam, rectam ac simplicem magis, bimbrem tamen atq; disjunctam vicissim, Orationem velimus hic esse; (ita enim videtur nobis, mageq; tutam minusq; periculosam esse hanc sententiam mox videbimus, cum nemine tamen ideo litigaturi) sepositâ nimirum *παράλληλη*, ita vocant, sive *παράλληλία* omni ad alterutrum membrorum: (nisi vicissim, quod de superfluo concessuri fortè sumus, vel qualemcumq; saltim ac partialem illam implicitamq; planè eandem velis.) Res eò redit: repetito saltem nimirum ex superioribus, commate 1. 2. & 3. imprimis, eventu membri prioris, latenteq; illo utcunq; adeò in causali par-

tucu.

ticolâ scilicet *nam, quoniam*, hujus loci; utpote
 quæ respectum habet maximè præcedentium: suppo-
 sitâ nunc simpliciter adeò (in sensu simplici) causâ
ἰουδαιμονίας hujus Piorum, hoc fere sensu s. modo: be-
 atus est ille homo (homines) qui non ambulat, (am-
 bulant) &c. sed in lege DEI, &c. est sicut arbor, &c. nam
 agnoscit Deus viam illius, vel horum justorum. Vi-
 cisim verò, aut è contrario (ut ne videlicet membro
 hoc posteriori suspicetur aliquis, vel in hunc induca-
 tur errorem, quasi v. Causa & ipsa status impiorum
 eorundemq; infelicitatis s. miseriæ idem sit DEUS ter-
 max. opt.) hoc posteriori membro & ipso simpliciter
 posito vel accepto, absq; *παράλληλα* suprâ notatâ,
 ad prius h. m. ut sensus fere hic sit: via verò impio-
 rum peribit, simpliciter, dico, primùm peribit: mini-
 mè v. secundò Deus causa aut princeps interitûs eo-
 rundem est, erit; ex se se, in, per se se peribunt, culpâ
 suâ, culpa interit sui ipsi erunt, fortunæ suæ, ut sic
 loquar, fabri: conf. & simul statim commata 4. & 5, hu-
 jus Psalmi. Certè enim videri poterat, ut suprâ quoq;
 sub initium monuimus, non abs re in bimembri hac
 Oratione stylum diversimodè inflexisse Spiritus S.
 amanuensem, (nec dicitur item notanter: viam im-
 piorum Tu perdes Jehova, sed peribit) semel in altero
 priori membro, statûs rationis, causâ, atq; principis e-
 jusdem, dùm mentionem facit nudè, vel certè ma-
 gis, subinnuit verò involvitq; eventum; qui notus ut-
 pote jam ex superioribus esse poterat satis: in altero
 verò, posteriori, nudè, vel certè magis, eventûs, invol-
 vitq; saltim vel occultat quadantenus causam, & ipsam

fat sufficienterq; perspectam ex superioribus: De Piis
 siquidem (ut ut in superioribus depradicasset vitæ il-
 lorum integritatem atq; bona opera eorundem: neq;
 enim rejicit ideo illa) tamen nunc h. l. dicit: nam no-
 vit Deus viam eorundem: quasi v. dicat: beatitudi-
 nis piorum princeps causa & una, sola Deus est, ut qui
 procurat actiones & vitam eorundem. Jam v. in secundo
 membro non dicit, notanter quidem, viam autem im-
 piorum non novit, aut item perdet, (ut ne, velut ex
 parte supra jam quoq; monitum, fortè culpa in De-
 um transferatur interitus impiorum, absolutumque
 adeo reprobationis decretum quoddam heic inducatur
 locumq; inveniatur) exprimendo adeo non tam causam
 heic quandam interitus impiorum, quam eventum ipsum,
 respectu eorundem: sed, a jam, inquit simpliciter, abs-
 que παραλλαγῆ ad præcedens membrum: via v. im-
 piorum peribit: quasi v. dicere velit expresseq;: even-
 tualiter ergo via impiorum peribit; implicite verò
 & causaliter, peribit ex se se, velin, per se se, sua culpa,
 minimè DEI: de quo utpote ex superioribus jam, uti
 non semel dictum, constare poterat. Ut adeo αιτιο-
 λογικόν tandem, respectu habito ad DEUM, & in quo
 fortasse παραλληλία sive παραλλαγῆ locum habeat,
 (quod de superfluo scil. concedimus, ut supra dictum,
 non quod ita sit necessum) censerit possit membrum
 quidem primum, dicto sensu non semel: nam viam
 justorum novit Deus, (Causa) ideo non peribunt, po-
 tius beati sunt eruntq; (effectus:) minimè verò alte-
 rum etiam, hoc sensu: ideo præcisè peribunt impii
 (Eventus) quia viam eorundem, haud novit Deus (cau-
 sa,

sa, non-causa) sed peribunt potiùs (causa vera) simplici-
 ceter (in sensu simplici, absq; παραλληλία ad membrum
 prius) in, ex se se, suâ culpâ, suâ causâ, ex superioribus
 illaq; satis perspecta ac notoriâ. Quæ postremùm
 expositio adeò utriusq; membri, in sensu scil. simplici,
 citra παραλλαγήν, de quâ suprâ, me iudice quidem,
 nisi insigniter fallor, magis tuta minusq; periculosa
 est, præ illâ priore, paceq; ejnsd. quòd dictum maxi-
 mè velim; quodq; demonstrasse omninò prolixius
 fortè aliquam sic operæ pretium fuisse videri poterat.
 Jam, quicquid ejus sit, ad singularia modò descendi-
 mus iterùm, præsuppositis hisce præmissisq; membra,
 dico, atq; voces pro more pensiculatori singulas vicif-
 sim commatis hujus: ac primum itaq; membrum hoc
 est:

nam agnoscit
 יהוה דרך צדיקים
 JEHOUA viam justorum) Targum: מטרל דגלי קדם יי: propterea quod manifesta, clara est coram
 צדיקים אורח צדיקים
 Iehoua via justorum. Syrus: מטרל דירע הו מרינ: quia cognoscens est Dominus viam
 דודיקנ אורח צדיקים
 justorum. Arabs: לאך אלרב עארפוך אל אבראר: quoniam Dominus cognoscens est, (gnostes, gnosticus, Ra-
 pheleng, in Lex. rad. ארף) viam justorum, (justificato-
 rum. Rad. ברר justificavit, justum declaravit, pronun-
 cavit; item:; benefecit, pium & morigerum se gessit erga
 Deum, parentes &c. Raphel. & D. Golius in Lex.) LXX,
 Græci: ὅτι γινώσκει κύριος ὁδὸν δικαίων. Vulgaris: quo-
 niam novit Dominus viam justorum. B. Luther: denn
 der Herr kennet den weg der gerechten.

Quoniam, particula illativa s. causalis, ut & superius jam dictum, notumq; aliàs in vulgus, quæ præmittitur ideo rectè, ac superiora cum hoc membro quidem connectit, causamq; sic innuit veram principemq; nunc beatitudinis Piorum.

ידיע particip. Benoni, pro Præsenti positum, pro more lingvæ S. *scit, novit* (sub significatione Præsentis) Dominus: conf. infra Observ. IV. & Præcepta nostr. ed. pag. 45. ann. I. Non autem significat *scire* simpliciter, impr. h. in loco, rad. ידיע, sed notitiam talem non raro, quam concomitatur mox proximus huic motus potentia naturalis, sive notitiam practicam, sic dicendo, vivam & efficacem, uti loquitur Illyricus in Clave, part. I. v. *novi*. De quo infra quædam etiam in Observat. XV. eademq; ult. quorsum h. l. nos referimus. Adeoq; idem ידיע hic est, quod *approbat, fovet, tuetur, curæ habet, dirigit, secundat*, læto exoptatoq; ditat eventum, viam nempe justorum: quemadmodum adhibito verbo, & ejusd. formâ, iisdem hæc uberius declarantur Psal. XXXVII, 18. seqq. 23. seqq. V. locum hunc omninò. Nec utrobique porro, si pro *scire* vel *intelligere* simpliciter accipiatur vocabulum idem, de sensu constaret loci alioqui, potius amittitur is ipse; quàm non minus hoc modò norit Deus vias impiorum, quàm piorum. V. saltem Psal. XCIV, 11. Siquidem vel ideo præcipuè nosse DEUM h. l. viam justorum dicitur, ut causa doceatur idem princepsq; beatitudinis piorum, ut qui practicè & efficaciter intelligat vel norit eosdem. Novitq; tandem adeò eos, ut ex parte jam dictum modò, & eleganter loquitur planè Beda venerab.

rab. notitiâ & approbationis & promotionis, & deniq; remunerationis. וְיָדַעְתֶּם *viam* a. justorum novit, h. e. mores, ingenium, instituta, studium, totam deniq; vitæ rationem eorund. (etiam atq; impr. fidem) quem in sensum sumi vocabulum hoc superiùs monstratum circa comma primum, redduntq; unanimiter hunc in modum Interpretes, B. Gesnerus, Tarnovius, Mollerus, Musculus, Piscator, Sà, Genebrardus, Menochius, alii. וְיָדַעְתֶּם tandem quinam qualesq; iidem sint item commate præcedente jam sufficienter, nisi insigniter fallor ego, dictum : repetimus saltem quædam heic, & ex sententiâ D. D. Tarnovii, b. m. præcipuè addimus h. l. saltem : non *ἀναμάρτητοι*, sed justi i. justitiâ Messix imputatâ, conf. omninò illa, superiùs circa comma præced. nec non tertium, de transplantatione spirituali, dicta quæ sunt à nobis. 2. vivendi proposito (ob justitiæ studium) quo eidem dant operam. 3. deniq; in comparatione, cum impiis factâ. Membrum hoc primum adeò disjunctum & *ἀιτιολογικόν*, idemq; tale ad eum modum, qui descriptus quidem pluribus à nobis superiùs.

Alterum restat disjunctivum sive adversativum potiùs, haud verò idem causale, propriè quidem atq; præcisè loquendo, si respectus nimir. habeatur præcedentis, ut ad ravem fere anteaq; diximus : nisi vicissim cum grano salis terminum sumere, vel, quod idem est, limitatam atq; vel qualemcunq; nudè causam intelligere velis, h. e. iterùm Causam non-causam planè interitùs impiorum divinam notitiam ; vel certè Deum ipsum secundum notitiam suam punitivam, sic deci-

dicendo, vel poenæ malum ipsum: veram verò cau-
sam omninò viam vivendiq; rationem ipsissimam i-
psorum impiorum, hisce postremùm verbis ultimis
hujus carminis s. Psalmi fortè item implicitam: וְדַרְךְ
רְשָׁעִים הַאֲבֵר: at v. *via impiorum peribit*: quæ vicis-
sim deniq; reddunt, Targum: וְאִרְחֵתְהוֹן הַרְשָׁעִי
וְאִרְחֵתְהוֹן, *sed via ipsorum impiorum peribit*. Syrus: וְאִרְחֵתְהוֹן
וְאִרְחֵתְהוֹן הַרְשָׁעִי & *via impiorum peribit*. Arabs:
וְאִרְחֵתְהוֹן הַרְשָׁעִי & *via iniquorum peribit*
(וְאִרְחֵתְהוֹן vel juxta CL. Golium, in Lex. אִרְחֵתְהוֹן plur.
fractus, formæ decimæ, à sing. אִרְחֵתְהוֹן *iniqui, improbi*, a-
liud planè nomen heic iterum diversumq; à superio-
ribus, à themate suo אִרְחֵתְהוֹן *deliquit, peccavit, reus fuit*,
item *pro iniquo & fonte habuit, culpam & peccatum ali-*
cui imputavit, ab Ebræo: אִרְחֵתְהוֹן, unde אִרְחֵתְהוֹן & Ebr:
אִרְחֵתְהוֹן *iniquitas, delictum, reatus*, & in specie Arabibus
vinum atq; alea, quod hæc lege Muhammedis vetita
sunt.) LXX Senes Græci: καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολείται. Vul-
gata: & *iter impiorum peribit*. B. Luth: aber der gott-
losen weg vergehet. Vetus deniq; anonyma: und der
steig der ungüttigen wirt verderben. Cæterà Vau co-
pulsans non rarò adversativè usurpari quoq; notissi-
mum est: conf. Gen. III, 3. cap. XXX, 30. XLII, 10. Exod.
XIII, 18. XIV, 8. Psalm. XLIV, 18. Jel. IX, 10. XXIIX, 13, alibi: Ut
veletiam præsens hic locus noster evincit liquidò.
וְדַרְךְ jam v, repetitur h. l. sensu quidem eodem, quod
ad formale, sed contrario tamen è diametro, quod ad
materiale, sic dicendo: notanturq; hoc vicissim consi-
lia, conatus, molitiones & actiones impiorum, verbo,
tota

tota iterum vitæ ratio eorundem: conf. superius com-
 ma i. additque H. Mollerus heic: etiam splendor, di-
 gnitas, authoritas, potentia, quibus stolidè nimis se præ-
 reliquis, piis, efferunt, imò formidabiles non tantum
 esse volunt: sicut Dionysius ille tyrannus, dicebat: se
 adamantinis vinculis firmasse regnum suum. Ali-
 num verò à textu hoc quidem est, quod observasse sibi
 videtur S. Ambrosius, quasi verò minimè otiosè muta-
 ta sit heic vox *via* in *iter* (sicuti Vulgata legit) discretio-
 nis ergò, quia Dominus verè sit dixeritque: *Ego sum*
via, minimè verò: ego sum *iter*. Ridiculum ferme:
 atque en ignorantia malum fontium ipsorum, nec non
 originalis linguæ. Conf. Lorin. in hunc locum. Nec
 porrò *via* tantum illorum, sed cum hac ipsa iidem illi
 (synecdoche membri metonymica, Pisc. in h. l.) peri-
 bunt: non quidem secundum substantiam, sed morali-
 ter, sic dicendo: conf. Sapient. XIV, 9. & 10. *Odiosa enim*
Deo sunt & impius & impietas ejus, &c. Und wird das
 Werk sampt dem Meister gequelet werden / Luther. ibid.
 אֲבָרָהוּ Itā a. jam reddimus vocabuli id, *peribit*, ut sit
 tertia Fut II. Kal, à themate suo אֲבָרָהוּ *perit, interit, dispe-*
riit, intransitivo s. neutro in hac quidem primā Conju-
 gatione. Peribunt verò, ut ex parte jam quoque di-
 ctum modò, hoc est, consiliis suis primò implicabun-
 tur hīc & nunc (אֲבָרָהוּ עֲצוֹת) *gens periens consiliis*, Deu-
 ter. XXXII, 28.) deinde quod ad studia, conatus atque
 actiones suas spe frustrabuntur, Job. VIII, 13. Psal. CXII,
 ult. Proverb. X, 28. tandem verò morte primā & secun-
 dā, (Apocal. XX.) hīc in peccatis suis, illic in gehennā,
 O tem-

temporaliter & æternùm peribūt: conf. Job. XX, s. seqq. Matth. XXV, ult. Fabulæ impiorum en postremò hic exitus. Catastrophe hæc; atque descriptio infelicitatis summæ miseriæque impiorum, beatitudinis verò Pi-orum: impius, dico, Beatusq; Homo.

CORONIS,

vel

ΑΝΑΚΕΦΑΛΑΙΩΣΙΣ

SUPERIORUM.

quâ

Summa, nec non Dispositio methodica
Psalmi hujus totius compre-
henditur.

Describitur hoc Psalmo primo, qui cum altero ex-ordium quasi, imò argumentum totius Psalterii est, Beatus Homo, אִישׁ אֱשֵׁר: vel, quod idem est, agit idem de ultimo & vero hominis fine, Summo Bono, seu Ευδαιμονία, quam vocant, Hominis spiritualis vel Christiani. (Aliter: Descriptio est Pii & Impii Homi- nis) Partes ejus sunt ferè tres: quæ tamen commodè vicissim ad duas reduci possunt: Propositio: *vers. 1.2.3.4. & 5.* Απόδοσις sive Confirmatio breviscula, *vers. ult.* Propositionis duo iterùm sunt membra principalia:

I. Κατα-

I. *Κατασκευή*: Descriptio Beati piique Hominis; vel, quod idem est, expositio veræ illius ac solidæ, quæ secundum Deum est, Beatitudinis: *Ευδαιμονία* positiva: *vers.* 1. 2. & 3. II. *Ἀνασκευή*, Descriptio, è diametro, Impii, adeoque infelicissimi homuncionis cujusdam; vel refutatio falsæ, inanis atque umbratilis, h. e. mundanæ felicitatis: *Ευδαιμονία* negativa: *vers.* 4. & 5. Illius porrò Veræ Beatitudinis affertur: 1. *Ἀπόφασις*, negatio seu ἀφαισις, quid fugiendum nimir. Beato, verè qui vult esse talis, Viro: *vers.* 1. Cujus primò præmittitur seu præsupponitur Subjectum & prædicatum, vel integra potius propositio, hæc quidem: *אשרי האיש*, *Beatus Homo ille est*: secundò describitur Fuga mali, vel declaratur eadem propositio in tribus distinctis membris, secundum gradus totidem impietatis vel improborum: quorum primus gradus: fuga simplex *הרשעים* h. e. *improborum*, animo maximè vel intrinsecus talium; quibus ideo *עצה* *consilium*, atq; *הלך* i. e. *conversatio* adscribitur: secundus fuga *הפסאים* *peccatorum*, h. e. actualiter & malitiosè peccantium; quibus ideo *ויה* i. e. habitus vel usus & *עמר* *statio* tribuitur: tertius denique fuga *לציון* *irrisorum*, i. e. extremè & finaliter malorum, induratorum; quibus *מושב* *catbedra*, *sedes* & *ישב* *sessio ipsa* placida q. vel secura ideo adscribitur. Haftenus *vers.* 1. Sequitur 2. *Κατάφασις*, affirmatio, sive *ἔσις*, quibus studendum nempe Beato viro. Ea que vicissim vel simplex est, *vers.* 2. vel per declarationem fit, sive amplificationem vel exornationem, *vers.* 3. Illius iterum tria membra sunt, juxta totidem gradus

sive gradationes potius piorum in incremento pietatis superiorum impietati oppositas. Quorum primus gradus iterum: יהוה חפץ בתורתו, *delectatio in lege Dei*, Consilio impiorum: secundus: הגה בתורתו, indefesum studium & *meditatio profundior in eadem*, Viæ peccatorum, ut malitiosè scil. peccantium: tertius tandem יומם ולילה, *die & nocte*, h. e. *diurna & nocturna* in cultu dicto, divino, perseverantia, sive finalis illa eadem, sedi & cathedræ irrisorum pestilentium opposita. Sequitur deniq; Declaratio sive exornatio superiorum, antecedentium, à simili planè elegante, *vers. 3.* Arbore nimirum sativà, frugiferà & virente perpetuò. Ut quæ, velut ex parte jam dictum, describitur 1. à situ, radicatione vel plantatione: tanq. sativa & *plantata ad rivos aquarum*: שתיל על פלגי מים: regenerationis quæ symbolum, vel insitionis in ecclesiam, ejusdemq; caput, Mesiam Servatorem. 2. à fertilitate sive fructibus, ut fertilis eadem & *fructus que fert suos in tempore suo*, i. e. maturrimos: אשר פיו יתן: symbolum sanctificationis hæc vitæ ad gloriam Dei & commune bonum. 3. à vigore suo & viriditate perpetuà, tanquam perennans vel semper virens, virens perpetuò, *ut cujus ne folium quidem marcescit vel decidit*: ועלהו לא יבור: symbolum perseverantiæ finalis in bono, atque huic annexà felicitate, potius beatitudine sempiternâ. Quibus postremò Conclusionis loco subjungitur Applicatio dictorum hæctenus, superiorum omnium, ad האיש אשר, *pium beatumq; Hominem*: וכל אשר יעשה יצליח: *ideo, itaq; omnia que agit*

agit, prospere ipsi succedent, ideoque q. d. vel maximè est
 Beatus. *Αναμωνη* succedit jam: Descriptio,
 è diametro, Impii, adeoque infelicissimi homuncionis
 cujuscunque, vel refutatio falsæ, inanis, & umbratilis,
 h. e. mundanæ felicitatis: *Ευδαιμονία* negativa: *vers 4.*
Ες. (quò nimir. duo contraria, quemadmodum phi-
 losophi loquuntur, juxta sese posita, alterum horum,
 veræ imprimis atque sinceræ illius Beatitudinis ratio,
Ευδαιμονία, positivam quam diximus, heic eò magis elu-
 cescat) Hujus verò membra sunt vicissim: 1. Antithe-
 sis nuda & simplex; sive remotio superiorum (expositæ
 beatitatis) ab impiis; & vi contrariorum indicatio si-
 mul (implicita) dissimilis planè status impiorum à
 piorum: *non sic impii*: *לֹא כֵן הַרְשָׁעִים*: 2. Similitu-
 do vicissim quædam convenientissima: non quidem
 ab arbore (vi oppositionis, ut videri poterat futurum)
 primò ferâ vel silvestri, secundò sterili s. infrugiferâ, &
 tertio mox exarescente: sed abjectiore multò re, paleâ,
 (sive quisquiliis) primò vili, secundò futili s. fugacissi-
 mâ, & tertio vanâ vel inanissimâ desumpta: *quin imò*
sicut gluma sunt, quam dispergit ventus, turbo, vers. 4. *כִּי*
אֵם כְּמוֹץ אֲשֶׁר תִּרְפְּנוּ רוּחַ. 3. Exegesis denique & ac-
 commodatio plenior, duplexque eadem, ad certas ni-
 mirum, binas, miseræ impiorum species: prior qua-
 rum: damnatio in judicio, imprimis illo universali,
παντοκρατορικῶ καὶ παντοκρατορικῶ, in hisce verbis: *idcirco*
non consistent impii in Judicio, illo quòd *κατ' ἐξοχῆν* ita di-
 citur videlicet, magno, ut dictum *עַל כֵּן לֹא יִקְמוּ*
בַּמִּשְׁפָּט: *רשעים*: posterior verò & extrema: exclusio

adedò à communionè justorum beatorumque expres-
 sa quidem, & vi oppositorum vicissim implicita da-
 mnatio & actualis eadem impiorum ad gehennam sem-
 piterna: *nec peccatores* (hiscè verbis) *in congregatione ju-*
storum solemni, solennissimà illà; וְחַטָּאִים כַּעֲרַת צְדִיקִים
vers. 5. Restat *Ἀπόδοσις*, Confirmatio superiorum
 (utriusque sortis) breviuscula: itemque partem *ἀπο-*
λογία, membrum ejusdem scil. si prius respicias: petita
 fere à Dei naturà, ut misericordis quidem, sed justissi-
 mi etiam insuper, *vers. ult.* Primum membrum: *nam*
agnoscit Jehova viam justorum: כִּי יוֹרַע יְהוָה דַּרְךְ
 צְדִיקִים: id est, agnoscit illam notitià & approbationis
 & promotionis & remunerationis, ut eleganter loqui-
 tur Beda. Ultimum: *Via verò impiorum peribit*: וְדַרְךְ
 רָשָׁעִים תֵּאֲבָה: peribit, in, ex & per se se, suà culpà, suà
 causà, causaliter & eventualiter. Judicium Dei utrin-
 que rectum, justissimumque; Beatus hicce

& pius Homo, itemque
 impius.

הלל אכן



PSALMUM

PRIMUM

Quæstiones maxime conroversas circa Eudæm:

in studio in Electorali Academiâ Witebergensi

ANDRÆA SENNERTO

Præfata: Publ:

Respondente

M. EBERHARDO MULLERO

Resolventi Livono

ad d. Martii bovis antequam

in Auditorio Majori

die 14. Julij

WITTEBERGÆ

Typis Johannis Roberti Acad. Typogr.



01 A 6640

ULB Halle 3
003 108 309



Sb.

VD 17





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow


Red

Magenta

White

3/Color

Black



PHILOGICARUM

MUM

UM,

na sextum & ult.

publicè

ia Wittebergensi,

DE

ENNERTO,

Publ:

nte,

HRABSKIO,

annonio.

ris antemerid.

Majori.

IV.

ERGÆ,

eri, Acad. Typogr.

f

2

